IMAGE EVALUATION
TEST TARGET (MT-3)

6"

Photographic
Sciences
Corporation

23 WEST MAIN STREET
WEBSTER, N.Y. 14580
(716) 872-4503

CIHM/ICMH
Microfiche
Series.

CIHM/ICMH
Collection de
microfiches.

Canadian Institute for Historical Microreproductions / Institut canadien de microreproductions historiques

© 1986

Technical and Bibliographic Notes/Notes techniques et bibliographiques

The Institute has attempted to obtain the best original copy available for filming. Features of this copy which may be bibliographically unique, which may alter any of the images in the reproduction, or which may significantly change the usual method of filming, are checked below.

L'Institut a microfilmé le meilleur exemplaire qu'il lui a été possible de se procurer. Les détails de cet exemplaire qui sont peut-être uniques du point de vue bibliographique, qui peuvent modifier une image reproduite, ou qui peuvent exiger une modification dans la méthode normale de filmage sont indiqués ci-dessous.

- ☐ Coloured covers/ Couverture de couleur
- ☐ Covers damaged/ Couverture endommagée
- ☐ Covers restored and/or laminated/ Couverture restaurée et/ou pelliculée
- ☐ Cover title missing/ Le titre de couverture manque
- ☐ Coloured maps/ Cartes géographiques en couleur
- ☐ Coloured ink (i.e. other than blue or black)/ Encre de couleur (i.e. autre que bleue ou noire)
- ☐ Coloured plates and/or illustrations/ Planches et/ou illustrations en couleur
- ☐ Bound with other material/ Relié avec d'autres documents
- ☐ Tight binding may cause shadows or distortion along interior margin/ La reliure serrée peut causer de l'ombre ou de la distorsion le long de la marge intérieure
- ☐ Blank leaves added during restoration may appear within the text. Whenever possible, these have been omitted from filming/ Il se peut que certaines pages blanches ajoutées lors d'une restauration apparaissent dans le texte, mais, lorsque cela était possible, ces pages n'ont pas été filmées.
- ☐ Additional comments:/ Commentaires supplémentaires:

- ☐ Coloured pages/ Pages de couleur
- ☐ Pages damaged/ Pages endommagées
- ☐ Pages restored and/or laminated/ Pages restaurées et/ou pelliculées
- ☑ Pages discoloured, stained or foxed/ Pages décolorées, tachetées ou piquées
- ☐ Pages detached/ Pages détachées
- ☑ Showthrough/ Transparence
- ☐ Quality of print varies/ Qualité inégale de l'impression
- ☐ Includes supplementary material/ Comprend du matériel supplémentaire
- ☐ Only edition available/ Seule édition disponible
- ☐ Pages wholly or partially obscured by errata slips, tissues, etc., have been refilmed to ensure the best possible image/ Les pages totalement ou partiellement obscurcies par un feuillet d'errata, une pelure, etc., ont été filmées à nouveau de façon à obtenir la meilleure image possible.

This item is filmed at the reduction ratio checked below/
Ce document est filmé au taux de réduction indiqué ci-dessous.

10X	12X	14X	16X	18X	20X	22X	24X	26X	28X	30X	32X
			✓ (between 16X and 18X)								

The
to

The
pos
of
film

Ori
beg
the
sio
oth
firs
sio
or i

The
sha
TIN
whi

Ma
diff
ent
beg
righ
req
me

The copy filmed here has been reproduced thanks to the generosity of:

Seminary of Quebec
Library

The images appearing here are the best quality possible considering the condition and legibility of the original copy and in keeping with the filming contract specifications.

Original copies in printed paper covers are filmed beginning with the front cover and ending on the last page with a printed or illustrated impression, or the back cover when appropriate. All other original copies are filmed beginning on the first page with a printed or illustrated impression, and ending on the last page with a printed or illustrated impression.

The last recorded frame on each microfiche shall contain the symbol —▶ (meaning "CONTINUED"), or the symbol ▼ (meaning "END"), whichever applies.

Maps, plates, charts, etc., may be filmed at different reduction ratios. Those too large to be entirely included in one exposure are filmed beginning in the upper left hand corner, left to right and top to bottom, as many frames as required. The following diagrams illustrate the method:

L'exemplaire filmé fut reproduit grâce à la générosité de:

Séminaire de Québec
Bibliothèque

Les images suivantes ont été reproduites avec le plus grand soin, compte tenu de la condition et de la netteté de l'exemplaire filmé, et en conformité avec les conditions du contrat de filmage.

Les exemplaires originaux dont la couverture en papier est imprimée sont filmés en commençant par le premier plat et en terminant soit par la dernière page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration, soit par le second plat, selon le cas. Tous les autres exemplaires originaux sont filmés en commençant par la première page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration et en terminant par la dernière page qui comporte une telle empreinte.

Un des symboles suivants apparaîtra sur la dernière image de chaque microfiche, selon le cas: le symbole —▶ signifie "A SUIVRE", le symbole ▼ signifie "FIN".

Les cartes, planches, tableaux, etc., peuvent être filmés à des taux de réduction différents. Lorsque le document est trop grand pour être reproduit en un seul cliché, il est filmé à partir de l'angle supérieur gauche, de gauche à droite, et de haut en bas, en prenant le nombre d'images nécessaire. Les diagrammes suivants illustrent la méthode.

1	2	3

1
2
3

1	2	3
4	5	6

DIE XI. FEBRUARII

SS. SEPTEM FUNDATORUM

ORDINIS SERVORUM B. V. M.

DUPLEX.

Omnia de Comm. Conf. non Pont., præter seq.

IN I. VESPERIS

CAPITULUM. I. PETR. 4.

CARISSIMI : Communicantes Christi passionibus gaudéte, ut et in revelatione gloriæ ejus gaudeatis exsultantes.

HYMNUS.

BELLA dum late furerent, et urbes
Cæde fratérna gémerent cruéntæ,
Adfuit Virgo, nova semper edens
Munera matris.
En vocat septem famulos, fidéles
Ut sibi in luctu, récolant dolores,
Quos tulit Jesus, tulit ipsa consors
Sub cruce Nati.
Illico parent Dominæ vocanti :
Spléndidis tectis opibusque spretis,
Urbe secédunt procul in Senari
Abdita montis.
Corpora hic pœnis cruciant acérbis,
Sontium labes hominum piantes :
Hic prece avértunt lacrymisque fusis
Numinis iram.
Pérdolens Mater fovet, atque amictum
Ipsa lugubrem monet induéndum :
Agminis sancti pia cœpta surgunt,
Mira patéscunt.
Palmes in bruma viridans honores
Nuntiat patrum : proprios Mariæ
Ore lactenti vocitant puélli
Nomine Servos.
Sit decus Patri, genitæque Proli,
Et tibi, compar utriusque Virtus
Spiritus semper, Deus unus, omni
Témporis ævo.
Amen.

v. Hi viri misericordiæ sunt, quorum pietates non defuérunt. R. Semen eorum, et gloria eorum non derelinquétur.

AD MAGNIF. ANT. Non recédet laus tua, Virgo Maria, de ore hominum, qui mémores fuerint virtutis

Domini in ætérnum pro quibus non pepercisti animæ tuæ.

Oratio.

Domine Jesu Christe, qui ad recoléndam memoriam dolorum sanctissimæ Genitricis tuæ, per septem beatos Patres nova Servorum ejus familia Ecclésiam tuam fœcundasti : concéde propitius ; ita nos eorum consociari flétibus, ut perfruamur et gaudiis : Qui vivis et regnas.

Et fit Commem S. Scholasticæ Virg., deinde Fer. in Quadrag.

AD MATUTINUM

Hymnus.

Sic patres vitam péragunt in umbra,
Lilia ut septem nivei decoris,
Virgini excélsæ bene grata, Petro
Visa nitére.
Jamque divina rapiénte flamma,
Cursitant urbes, loca quæque obérrant,
Si queant cunctis animis dolores
Figere Matris.
Hinc valent iras domuisse cæcas,
Néscia et pacis fera corda jungunt,
Erigunt mœstos, revocant nocéntes
Dicta piorum.
At suos Virgo comitata servos
Evehit tandem superas ad oras :
Gémmeis sertis décorat per ævum
Omne beatos.
Eia nunc cœtus gémitum precantis
Audiant, duros videant labores :
Semper et nostris faveant benigno
Lumine votis.
Sit decus Patri, genitæque Proli,
Et tibi, compar utriusque Virtus
Spiritus semper, Deus unus omni
Témporis ævo. Amen.

IN I. NOCTURNO

Lect de Script. occur.

In Quadrag. Laudémus viros gloriosos. de Comm. Conf. Pont. 2o loco.

IN II. NOCTURNO

Lectio iv.

Sæculo tértio décimo cum Friderici secundi diro schismate, cruentisque factionibus cultiores Italiæ populi scinderéntur, providens Dei misericordia præter alios sanctitate illustres, septem e Florentina nobilitate viros suscitavit, qui in caritate conjuncti, præclarum fratérnæ dilectionis præbérent exémplum. Hi, nimirum Bonfi-

lius Monaldius, Bonajuncta Manéttus, Manéttus Antellénsis, Amidéus de Amidéis, Uguccio Uguccionum, Sostenéus de Sostenéis et Aléxius Falconérius, cum anno trigésimo tértio ejus sæculi, die sacra Virginis cœlo recéptæ, in quodam piorum hominum convéntu, Laudantium nuncupato, fervéntius orarent ; ab eadem Deipara singulis apparénte sunt admoniti, ut sanctius perfectiusque vitæ genus amplecteréntur. Re itaque prius cum Florentino præsule collata, hi septem viri, géneris nobilitate divitiisque posthabitis, sub vilissimis detritisque véstibus cilicio induti, octava die Septémbris in ruralem quamdam ædiculam secessére, ut ea die primordia vitæ sanctioris auspicaréntur, qua ipsa Dei Génitrix mortalibus orta sanctissimam vitam incéperat.

R. Honéstum.

Lectio v.

Hoc vitæ institutum quam sibi foret accéptum Deus miraculo osténdit. Nam cum paulo deinceps hi septem viri per Florentinam urbem ostiatim eleemosynam emendicarent, accidit ut repente infantium voce, quos inter fuit sanctus Philippus Benitius quintum ætatis mensem vix ingréssus, beatæ Mariæ Servi acclamaréntur : quo deinde nomine semper appellati sunt. Quare, vitandi populi occursus ac solitudinis amore ducti, in Senarii montis recéssu omnes convenére, ibique cæléste quoddam vitæ genus aggréssi sunt. Victitabant enim in speluncis, so a aqua herbisque conténti : vigiliis aliisque asperitatibus corpus atterébant : Christi passionem ac mœstissimæ ejusdem Genitricis dolores assidue meditantes. Quod cum olim sacra Parascéves die impénsius exequeréntur, ipsa beata Virgo illis iterato apparens, lugubrem vestem, quam induerent, ostendit, sibique acceptissimum fore significavit, ut novum in Ecclésia regularem ordinem excitarent, qui jugem recoleret ac promovéret memoriam dolorum, quos ipsa pértulit sub cruce Domini. Hæc sanctus Petrus, inclytus ordinis Prædicatorum martyr, ex familiari cum sanctis illis viris consuetudine ac peculiari etiam Deiparæ visione cum didicisset ; iis auctor fuit, ut ordinem regularem sub appellatione Servorum beatæ Virginis instituerent : qui postea ab Innocéntio quarto Pontifice Maximo approbatus fuit. R. Amavit.

Lectio. vi.

Porro sancti illi viri cum plures sibi socios adjunxissent, Italiæ civitates atque oppida, præsértim Etruriæ, excurrere cœpérunt, prædicantes ubique Christum crucifixum, civiles discordias compescéntes, et innumeros fere dévios ad virtutis sémitam revocantes. Neque Italiam modo, sed et Galliam, Germaniam ac Poloniam suis evangélicis laboribus excoluérunt. Dénique cum bonum Christi odorem longe latéque diffudissent, portentorum quoque gloria illustres, migrarunt ad Dominum. Sed quos unus veræ fraternitatis ac religionis amor in vita sociaverat, unum pariter demortuos contéxit sepulcrum, unaque populi veneratio prosecuta est. Quapropter Clemens undécimus et Benedictus décimus tértius Pontifices Maximi delatum iisdem a pluribus sæculis individuum cultum confirmarunt: ac Leo décimus tértius, approbatis antea miraculis, post indultam venerationem ad collectivam eorumdem invocationem a Deo patratis, eosdem anno quinquagésimo sacerdotii sui Sanctorum honoribus cumulavit, eorumque memoriam Officio ac Missa in univérsa Ecclésia quotannis recoléndam instituit.

℟. Iste homo.

IN III. NOCTURNO.

Homilia S. Hieronymi in Evang. Ecce nos reliquimus omnia. de Comm. Abbatum.

In Quadrag. Lect. ix. de Homil. Fer.

AD LAUDES

ET PER HORAS.

Capitulum. I. Petr. 4.

Carissimi: Communicantes Christi passionibus gaudéte, ut et in revelatione gloriæ ejus gaudeatis exsultantes.

Hymnus.

Matris sub almæ numine
Septéna proles nascitur:
Ipsa vocante, ad arduum
Tendit Senari vérticem.
Quos terra fructus proferet
Dum sacra proles gérminat,
Uvis repénte turgidis
Onusta vitis præmonet.
Virtute claros nob
Mors sancta cælo consecrat:
Tenent olympi limina
Servi fidéles Virginis.
Cohors beata, Numinis
Regno potita, réspice
Quos hinc recédens fraudibus
Cinctos relinquis hostium.
Ergo per almæ vulnera

Matris rogamus supplices,
Mentis tenébras disjice,
Cordis procéllas comprime.
Tu nos, beata Trinitas,
Perfunde sancto robore,
Possimus ut feliciter
Exémpla patrum subsequi.
Amen.

℣. Sit memoria illorum in benedictione. ℟. Et ossa eorum pullulent de loco suo.

Ad Bened. Ant. Ecce quam bonum, et quam jucundum habitare fratres in unum.

Oratio.

Domine Jesu Christe, qui ad recoléndam memoriam dolorum sanctissimæ Genitricis tuæ, per septem beatos Patres nova Servorum ejus familia Ecclésiam tuam fœcundasti: concéde propitius; ita nos eorum consociari flétibus, ut perfruamur et gaudiis: Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Et fit Commem. Fer. in Quadrag.

IN II. VESPERIS

Omnia ut in primis, præter

Ad Magnif. Ant. Nomen eorum pérmanet in ætérnum, pérmanens ad filios eorum, sanctorum virorum gloria.

Et fit Commem. Fer. in Quadrag.

E

Fun

Reve

lator

giun

rum

grega

Emi

lis L

ordi

die 2

nent

pens

Fide

exten

simu

tem

mo

Offic

racta

plari

De

ta Sa

relati

sali

Febr

Septe

Virgi

batis

Di

L. †

DECRETUM

Expletis Canonizationis solemniis beatorum Septem Fundatorum ordinis Servorum beatæ Mariæ Virginis, Reverendissimus Pater Andreas Corrado, Causæ Postulator, novum Officium et Missam propriam nec non Elogium pro Martyrologio in honorem eorumdem Sanctorum concinnandum curavit. quæ Sacrorum Rituum Congregationis approbationi de more subjecit. Hæc quum Eminentissimus et Reverendissimus Dominus Cardinalis Lucidus Maria Parocchi, ejusdem Causæ Ponens, in ordinariis ipsius Sacræ Rituum Congregationis Comitiis die 28 Julii 1888 ad Vaticanum habitis retulerit; Eminentissimi et Reverendissimi Patres, omnibus rite perpensis, auditoque R. P. D. Augustino Caprara, sanctæ Fidei Promotore, rescribere rati sunt : *Pro gratia, cum extensione Festi ad totam Ecclesiam, et ad Eminentissimum Ponentem cum Promotore Fidei.* Hinc juxta mentem ipsius Sacræ Congregationis a præfato Eminentissimo Ponente una cum sanctæ Fidei Promotore propositi Officii Missæ atque Elogii revisione et correctione peracta, Sacra eadem Congregatio ea uti in superiori exemplari prostant approbavit.

De his, postmodum per infrascriptum Secretarium facta Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papæ XIII. fideli relatione, Sanctitas Sua mandavit ut Kalendario universali Ecclesiæ sub ritu duplici minori inscribatur die 11 Februarii Festum prædictorum sanctorum Confessorum Septem Fundatorum ordinis Servorum beatæ Mariæ Virginis cum Officio et Missa et Elogio uti supra approbatis : servatis Rubricis.

Die 20 Decembris 1888.

A. Card. Bianchi S. R. C. Præfect.

L. † S.

Laurentius Salvati S. R. C. Secret.

Concordat cum originali.

Marianopoli, die 25 Octobris 1889.

† EDUARDUS CAR. Archiepisc. Marianop.